


ANNUAL REPORT

12. fol.



Ic. Sic Piorum vota Summus assolet
Explere Mundi Rector; Irritas nequit
Litare pectus deditum DEO preces,
Præclare Z A B A N: magna nostri portio
Cœtūs, Lycei fulgidum Sidus, potens
Fragariarum Dux micansq; Cynthic
Musarum, Achates fide muneris mei
Dexterq; ocella, Ævi decus certissimum.

Cupido mentem dum Tuam perureret,
Gaudere Libris ut daretur optimis.
Pectusvè doctum, jungere, editis, die
Ac nocte, Scriptis inclytæ famæ Virûm,
Quos prisca vidit quos habet præsens dies;
En, vota nunquid non beatos exitus
Sortita jam sunt? Nonne thecas, pulpita,
Doctis replêsti paginis Sophûm diu?

Res bella nempe est Mundus: hic Liber siet
Grandis, bonarum plenus Artium, DEI
Magnum Volumen, quod manu quondam suâ
Conscriptis & quod lustrat Ipse perpetim.
Compendiô sed, quicquid Orbis exhibet
Vastus, Libelli continent tenelluli.
Ergo, Libellis quisquis oblectarier
Solet, DEI nonne hic legit vestigia?

A 2

Quod

Quod Tu Magister Clare dum facis, facis
 Rem laude dignam, præmiis dignam suis.
 Volumen unum, principe ast forsæn Tibi
 Loco æstimandum. REGIUM vocant OPUS,
 Deesse visum est, sumtibus parabile
 Non parvulis: En advehit Virtutibus
 REGINA dives hoc Opus modò Tibi.
 Hoc jam diurnâ jamq; nocturnâ debes
 Versare dextrâ, seu velut placet mage.
 Quodsi creârint cætera inslavem Tibi,
 Relecta crebrò, nauseam, feret Tibi
 REGINA s̄avves protinus cupedias.
 Durate longùm, fide juncta pectora!
 Non atra nubem gaudiis interferat
 Vestris dies! non fata turbent invida!
 Replete bellis recta Microcosmulus!

Præclarissimo atq; Pereximio
 Domino SPO N O, Amico,
 Fautori atq; in Officio Colle-
 ga honorando, ex affectu vete-
 tri applaudet, ac seundas Nu-
 ptias verè secundas esse cupit

M. JOHANNES BEYER, Lycei
 Eperies: Rector.

Ad

12. fel.

Ad Cl. Dn. Sponsum.

Numinis obsequiò supremi, danna resarcis,
 Qua primo dederat, trux Libitina, Toro,
 Christiadum populus Tibi fert suffragia, pro Te,
 Devote fundens vota, precesq; pias.
 Improbet id quicunq; volet, carpatve, secunda
 Dummodò sint summo vota probata DEO.
 Illius auspicio Kethura in post funera Satz,
 Thariades casto juncxit amore sibi
 Sic positò tandem luctu pro Conjuge prima,
 REGINAM afficiant Fata benigna Tibi.
 Turba novena novis applaudit carminatadis
 Fautorumq; chorus prospéra quaq; vovet.
 Hos inter liceat mentem explicuisse: Facebat
 Hinc Eris, & quicquid frangere Pacta valet,
 Augeat igniculos Divini Fomes amoris
 Jugiter ut Vobis pectus amore flagret!

(Gen. 25. v. 1.)

gratulab.

ANDREAS Herzog/
 Class. III. Coll.

Allusio ad nomen Sponsæ.

Q Væstio Doctos agitatur inter:
 Sexus an sceptro sequior gerendo
 Aptus? Et simplex queat an praefesse
 Fæmina Regno?

2.
 Masculâ, multis, Mulier carere
 Dicitur Virtute, metuq; plena,
 Arma nec tractare, nec ulla nôsse
 Bellaciere.

A 3.

3. Fox:

1.
Fœminas, tradunt alii sed, olim
Laude cum summa tenuisse Regnum;
Cerbriores deq; suo tulisse
Hoste triumphos.

2.
Dirimit litem, Neonymphe, Sponsa,
Nomine in cuius latet omen: Illa
Nam brevi Sceptrum, & Regimen reapse, &
Arma capesset,

3.
Asta: Regnum est ubi, subditiq;
Imperet REGINA quibus meum Cor?
Quod geret bellum? Tanaquil mihi num
imperitabit?

4.
Ipse Rex; Regina sed esto Sponsa:
Hæc reget Tecum sobolem domumq;
Hæc Tibi rixas Venerisq; grata
Bella movebit.

5.
Sponsa, seu vincaris in hoc duello
Fortè, seu vincas, benè utrinq; habet res:
Vincere, & vinci, Venus in pari nam
Gloria ducit.

6.
Haud ruet Regnum, Neonymphe, Vestrum,
Garrulis crescer magè Zabanellis:
Vita crit Vobis diurna, Fata
Talia spondent

calamit internuncio

ELIAS Friedhuber/ Cant.

Est

12. fel.

E 7. St nimium felix proba cui morataq; Conjux
Obtigit e Domini cunctipotente manu.
Scilicet huncce manet vivos dum traxerit artus
Et sine nube dies, & sine lite quies.
Sponde, tuo lateri, clarò de stemmate, Sponsam
Prognatam, jungit, Conditor ecce Poli.
Huic igitur solvas tanto pro munere grates,
Ejus & excelsum nomen ad astra feras.
Vive diu sospes cum Sponsa clare Magister,
Augeto charis pignoribusq; domum.

JOHANNES SIMONIDES, Tottpron.
Cantor Sl. Ep. ac Quintæ Cl.
Auditor.

C 8. onditor atq; propagator pie terrigenarum
Fœdera qui lecti sanxisti primus in orbe:
Da tua larga novos benedictio concomitetur
Sponsos, quò salvi traducant tempora vitæ,
Ac videant læti gratissima pignora lecti.

CHRISTIANUS COTERCIUS, T.
Clavis sexta Auditor.


Q 9. uid voceam? voceo sincero corde Magister,
Ut felix, faustum sitq; omni ex parte beatum

Vestrum

12. fel.

Vestrūm connubiale jugum, supremus lōva
Omne bonum rutilo qui mittit ab Aethere cunctis
Rem, sibolem, Vobis concedat, Prospera quaq;
Tristia dispellat, dispellat bella cruenta
Vivite pacifice, concordes vivite semper
Ut post hac etiam summa vivatis in Aula.

JACOBUS SZEGENYI, Auditor
Septimæ Classis.



LAUREA MAGISTERIALIS

Hoc tñ.
Virtutis ac Eruditionis Philosophicæ in Celeberrimâ
Wittebergensi Academiâ studio indefesso
comparatæ ac publice privatimq;
probatae præmium.

PRO-RECTOR MAGNIFICO

V I R O

Amplissimo, Excellentissimo, Experiensissimoq;

Dn. MICHAEL SENNER TO,

Medicinae Doctor, Anatomie & Botanice Professore Publico.

ET

DECANO FACULTATIS PHILOSOPHICÆ SPECTABILI

V I R O

Plurimum Reverendo ac Praelarisimo

DN. M. CHRISTIANO LYSERO,

Facult. Philosophicæ Adjuncto meritissimo,
& Hallensis Ecclesiæ ad D. Ulrici Ecclesiastæ
Vocato.

Pra-Eximus, Politissimus Doctissimusq;
JUVENIS

DN. JOACHIMUS ERYTHRÆUS

Bela-Hungarus.

In Illustri ad Albim Academiam
Anno. M DC LVIII. die 14. October.

Publicè ingenti cum laude
ornabatur.

Solenniter à Dom. Preceptoribus, Hospitibus, Fautoribus
atq; Amicis acclamata.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI,